

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XV.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

86. eundem quod fieri a solet: / hasitare noluisse, dixerit:
dic, dic, scio enim, quod semper leta tristitia, vel tristitia
precedant leta, quare tantummodo mihi est primo au-
dire nubilosa, cum postmodum auditurus sum serena,
quam primo auditis serenis post auditurus sim nubilosa.
Magnifica vox et viro forti digna.

Aliud elogium eidem ponit Jacobus Menlius Teutonice
lingua: Berchtoldus Ino andas Gartzog zu Fain-
gan, gus nim straugas Eunst mit pinnu serndan,
Dan was nu Hou sich fast, das unsp gahen. Derou
im andon obersimtan pahn in Ina fusthan
Chronie thial garsibau ist, und fast sich Hou Ina B.
Gloridans willan thial gahbt, und ist begabau in
St. Gatrod Elostas ist Ina Veforatzwald.

Cap. XV.

De Hermanno Marchione, Bertholdi I.
Feringia Ducis filio, secundi fratre, ejuoque
Uxore Juditha.

Non repeto, quae c. 3. dicta sunt, sed, quae illi loco mi-
nus congruere videbantur, et tamen omittenda non
sunt: hic addo: Ex primo Bertholdi I. matrimonio
cum Richwara Carinthia Bertholdum alterum et Her-
mannum genitos, adeoque fratres germanos et uterinos
fuisse, Guillimanni et Giespordij Sententia est, quam
sequor. Est, qui beatricem alteram Ducis Feringij

87.
conjugem Hermannō matrem assignat. Quo duco-
mento ipse viderit. Postquam adolevit Hermannus
et matrimonio maturus evasit, a patre portionem
aliquam Brisiaea popidendam ac regendam accepisse
credibile est, atq; tunc uxorem sibi quosivisse, cujus
nomen a Scriptoribus non proditur; genus tantummodo
insinuatur. Iudintha vocat Bertholdus Constant.
qui eam haud dubie vidit et novit: nobilem genere,
nobiliorē sanctitate. Trithemius Abbas de ea sic
scribit in Chronico Hirsaug. ad an. 1082. Hujus pro-
stantissimi Viri Hermannii Marchionis: Uxor post
conjugis profati excessum Deum Bonorum suorum vo-
lens instituire heredem, sumptus et impensas S. Gui-
lielmo Abbati Hirsaugiensi ad novum construendum
monasterium inchoatum profudit. Tunc tandem, resilio,
qua ex causa usq; adeo fuit offensa, ut sanctum opus
intermitteret, et retractis manibus relinqueret imper-
fectum. Ex his tamen, quae antea contulerat, tantum
superfuit impensarum, ut reliquum pene totum, quod
restabat, perficeretur.

Quis situm novit celeberrimi quondam Monasterij
Hirsaugiensis, ex his Trithemij dictis Conjecturam nec
improbabilem facit, de Hermannō Socero seu Patre Iu-
dintha. Cum enim Hirsaugia Calvensi Oppido adsit, et
Comitatus ejusdem nominis Metropoli, nisi ex hac ipsa
nobilissima Comitum Calvensium seu Halvensium familia
fuerit Hermannii Marchionis Uxor, non huc potius,
quam in alium, qui in sui quondam mariti ditione
situs foret, locum, oper suas profudisset. Proinde

88. vero admodum simile est, Patriam Iuditha Calvam
fuisse, Patrem Adelbertum Calvensem, qui in illo
aero inter potentissimos Imperij Comites censetur.
Et hujus occasione matrimonij Bertholdum I. Ducem
cum Coniuge Richwara Conspicuum subinde invisisse,
cum Hirsangiensibus Monachis et eorum Praeside, Viro
S. Guilielmo, colloquia misuisse, morum honestate
vitaeque Innocentia, quam in eis cernebant, captos,
locum illum singulariter adamasse, adeo, ut Benefi-
cia illuc magna contulerint, et novj quodammodo Fun-
datores: nam dos olim a Calvensibus collata temporum
injuria intercederat: extiterunt, utque isthic sepulturae
locum, posthabitis Brisianae Templis ac canobus ambo
sibi delegerint, indeque factum, ut filius Ducis nato
maximus ex altera coniuge Beatrice Gebhardus Ase-
tarum sancta conversatione et ipse delectatus in eorum
numero esse voluerit, sequens eodem in loco divini Numinis
servitio manciparit.

Hermannus quid faceret? istam vivendi rationem
peraque amabat, omnibus vite secularis felicitatibus
prohabeat, atque matrimonij vinculo illigatus evolare
ad libertatem tam beatam non statim potuit. Videbat
interim incidisse se in aetatem, qua vix ante felicitas
illa extiterat, vix postea subsequuta sit, in avum, tum
populis, tum multo magis Principibus exitiale, quo
jam non licebat reddere, qua Casaris sunt, Casari,
qua DEI DEO, sed Deum hostem habere cogebatis,
si Casarem amicum velles; Videbat se in Germania

versari, et quali putas Germania? nempe Germa-
nitatis omnis oblita, ubi a plerisque; quod dicere pu-
dor est; etiam Episcoporum fide graeca aut Linnica a-
geretur, non germana. Melioribus ego coloribus eam
depingere, qualis tunc fuit Germania, non potero, quam
depinxit Stylus Lambertus monachus Spectator praesens,
cum in Comitibus Tribuariensibus, ubi de addicando Hen-
rico agebatur, haec simul causa enumerabantur, nimi-
rum ipso regnante Germaniam Ecclesia et monasteria
destructa, victualia Servorum Dei versa in stipendia
militum, Studium Religionis et rerum Ecclesiasticarum
transiisse ad arma militaria, et ad munitiones extru-
endas, non quibus vis aut impetus arceatur barbarorum,
sed quibus Patria Tranquillitas eripiatur, ut libera
gentis Cervicibus iugum imponatur, nullum usquam
epe Viduis aut Orphanis solatium, nullum oppressis et
calumniam sustinentibus refugium, non legibus reve-
rentiam, non moribus disciplinam, non Ecclesiae Aucto-
ritatem, non suam Reip. manere dignitatem, ita unius
hominis temeritate Sacra et profana, divina et humana,
saepe nefasque confusa epe et implicata. In tali igitur
Scena Principis agere personam quis non perhorresceret?
ut minus jam tibi mirum videri debeat, quod fugam
s. fugam haud ignavam nec indecoram; meditatus Her-
mannus, tali sese Turbini ac fada tempestate subduxerit,
non expectandum ratus, donec matrimonij nodum mors
sua falce discinderet, sed conjugii; quam Sapientem
divino beneficio nactus erat; ad hoc induendam iis,
qua dixi, rationem momentis, ut ante fata mariti
vidua epe vellet. Illa virum impense quidem, non

90. lamen molliter amans, acquievit, et suis fraudari
solatiis maluit, quam conjugem charissimum securi-
tate sua, sanctoribusque voluptatibus defraudare, ne or-
bitatem sentiret filius; quem unicum habebant Herman-
num: / paternas in se suscepit curas mater. De loco
demum disquiri captum, quo se voluntarius mundi exul
reciperet, talis optabatur, ubi nulla pristina fortuna
memoria, nullus honos aut reverentia principalis olim
fastigij timeri posset. Hisaunia quamvis chara, huic
lamen receptui minus idonea, qui tam securas latebras
non pollicebatur; nec ignorabat novus athleta ejus loci
sanctimoniam rivum esse, aliunde huc derivatum, nimi-
rum e Cluniaco Burgundiae monasterio, ubi vir san-
ctissimus Odilo abbas ante annos non multos D. Bene-
dicti Instituta disciplinamque religiosam feliciter inno-
vaverat, et Scholam Sanctitatis aperuerat, cui tunc
beatus Hugo pari cum laude presidebat, et colonias qua-
quaversum etiam in Germaniam deducebat. Hunc ve-
luti fontem adire placuit Hermannno, et inde caelestes
delicias assatim haurire. Sola igitur conjugis hujus
consilij conscia et secreti tenace disperset Marchio, mi-
rantibus et sollicitis, quo devenerit, inquirentibus
agnatis et amicis, ast caspa indagine. Ad Hugonem
ubi pervenit supplicabundus ei ad pedes accidit, utque
sibi eo in loco peccata sua lacrymis eluere, Deum ge-
mitibus placare, gregem aliquem pecudum alendis
Dei famulis destinatarum ad pasua ducere ac re-
ducere

ducere liceat, ardentissimis precibus efflagitat, 91
et impetrat. Atque ita annis forte non paucis sub
hoc schemate delituit, de mundi vanitatibus trium-
phum Spectatore Deo et angelis agens, caetera nulli
hominum s. si non Abbati fortassis / notus et gregem
ovium sui pascentis, ut caelestibus ipse ubertim pasce-
retur et opimaretur deliciis. Vidi hoc docto penicillo
expressum ac percelebri Picture Italico Marco del Cala-
bresse, qui superiore saeculo floruit, et hunc nobi-
lissimum Opilionem in medio ovium partim pascentis,
partim abblandientium caelesti contemplatione inten-
tum ac defixis in sublime oculis velut extra se raptis
pulcherrime representavit. Picture illa Graeca in pre-
tio est: ejus autem apographum accurate delineatum
inde ad nos transmisit vir eruditione insignis et Sa-
cerdotio venerandus Jo. Baptista Nicolosi, B. Helgii D.
Serenissimo Marchioni Badenensi Guilielmo a consiliis,
et Agens in Curia Romana.

Annum ac diem, quo labores finit Hermannus et ad
veros aeternosque honores capebendos evocatus est cap. 3.
consignavimus ex Bertholdo Constant. coevo Scriptore,
Saupai Martyrologio aliisque, diem nimirum 4. Cal.
Maij, id est, Aprilis 25. Divo Marco Evangelista sacro
an. 1074. id est, quadriennio ante Patrem Berthol-
dum I. Ducem.

Quod Tritheimius ad an. 1082. ejus meminere, ea
de causa fit, quod circa hunc annum ejus Conjux
Juditha suam illam in Hirsaugiense Canobium mu-
nificentiam exercuit, et velut altera fundatrix

92. facta est, quod Chronico Hirsaugiensi inseri ne-
cesse fuit: occasione autem inde arrepta etiam de
marito eius, quae memoratu digna videbantur, adje-
cit Chronographus Fritthemius, non idcirco asperens ad-
huc eo tempore vixisse Hermannum.

Porro hic Princeps fecit, ad imo demittendo sese, ut
regnum aeternum securius adipisceretur: fecit rem
magnam quidem, non tamen nimis raram aut in-
solentem. Exempla tum domestica, tum externa con-
decerant, quae ad imitandum invitarent. Primum Geb-
hardi fratris, qui a prima adolescentia iugum Christi
in humeros sustulerat et suavissimum experiebatur,
ita ut non sine summo doloris sensu avulsus a cellula
sua in episcopali Sede considerere adactus sit. Deinde
avia paterna Agnetis, quae, ut supra meminimus, a
morte mariti Bezelini ad Clausstrum Mont-Olivet-
num tanquam ad amantissimum deliciarum hortum pro-
peravit. Ex agnatis et consanguineis sub idem tempus
tanquam fulgentissimum sidus emicuit S. Leo IX. Papa
ex comitibus Egincshemensibus, qui stirpis Habspur-
giae ramus est, ut supra cap. 8. ostensum, comitem
Eum Hermannum nostrum Fritavum patrem habens Luit-
fridum Habspurgium, quod ex huius testamento liquet.
Is olim Bruno monachus in illis latebris virtutum et
sanctimoniae thesauros collegit, qui postea ipso vel in-
vito in lucem protracti: quando in Sede S. Petri an-
1049. collocatus est: orbem illustravit universum.
Potuit et recordari Hermannus Agnati egregij quondam
Basilis Argentincnsis Ethonis in valle Gregoriana

93
monachi, tam probata virtutis et modestia, ut S.
Briminus sibi cum in majoris Augia inclyto Canobio
moderando surrogandum censuerit. Antiquiora hujus
familia in utroq; Sexu exempla S. Maurontii Abbatis,
fundatoris Meurivilla, Sanctarum Gertrudis, Rictrudis,
Bertha, Clotwendis, Adelfendis, Eugenia, Odilis, Rosvinda,
Abala, Raduna &c. repetere nil opus est.

Externa innumera exempla praeceperant. Potuit inter
alia verispe huic Brincipi in memoriam Carolomannus
regius Princeps in Caspino monte virgam pastoritiam la-
tione dextera, quam prius sceptrum gestans; Potuit e sua
uxoris familia S. Obertum recoluisse, non quidem Mo-
nachum sed eodotopoga, idest, voluntarie pauperem,
de quo Crispius Annal. part. 2. l. 8. c. 6. fertur quendam
Comitem Calvensem olim fuisse, qui cum opum et volupta-
tum abundantia circumflueret, ad uxorem suam di-
xerit: oportet me paupertatem experiri, aliter parie-
ro totus: itaq; conjungi valedixit, ac pauperis habitu
sumpto discessit Helvetiam versus et in pago quodam
I. Deis lingua nomen habet: bubulcus factus est, boves
et oves pavit cum omni diligentia: et quamvis pecus
pingue effecerat, tamen quod semper in uno illo monte
pavisset, munere suo a rusticis privatus ac dimissus
fuit. Reversus ergo Calvam ante fores uxoris: tunc
nuptias cum alio celebrantibus; petiit elemosynam, cumq;
ei afferretur, frustum panis accipere recusavit, nisi
Domina poculum etiam cum vino sibi mitteretur. Hoc
accepto et poto annulum aureum, sponsaliorum quondam
suorum artham, in Scyphum dejecit, et silentio in prio-
rem pagum rediit. Ibi grex boum, cui alius pastor

interea inutiliter profuerat, ei rursus comipus ab agricolis est. Cui muneri ad exitum vita sua profuit. Cum autem morti vicinus esset, se, quis esset, hominibus illis aperuit. Et postquam mortuus esset, se a bobus iussit exportari, ibique, ubi hi confisterent, humari. Eo loco templum postea in honorem huius S. Oberti Comitis exstructum fuit, quod hodieque extat, et votiva illuc peregrinationes ex veteri consuetudine adhuc fiunt. Distat pagus altero ferme milliari Vellinga oppido, sic iste quoque: divino laud dubio monitu: divitiis et honoribus illudit, a quibus tot alij deludi se patiuntur, et a quibus desperendus erat, prior deseruit: nimirum, ut sunt mille via lethi, ita mille alias divina providentia sternit vias ad salutem: neque enim omnibus finit exitiales esse divitias, sed quibus forent, si retinerentur, in perniciem, eos insolitis quandoque modis ac suggestionibus abinde divellit.

Illo ipso Hermannii aro referta fuisse monachorum Claustra viris illustribus testis est sincerissimus, qui eadem aetate vixit, saepe jam citatus Bertholdus Cast. in Chronico ad an. 1083. Eo, inquit, tempore in regno Teutonico tria monasteria cum suis cellulis in regularibus disciplinis instituta egregie pollebant, quippe Canobium S. Blasij in nigra sylva, et S. Aurelij, quod Hirsburgia dicitur, et S. Salvatoris, quod Scheschusen id est, Navium domus, dicitur. Ad quae monasteria mirabilis multitudo nobilium et prudentum virorum hac tempestate in brevi confugit et depositis armis Evangelicam perfectionem sub regulari disciplina

95.
exequi proposuit. Ipsa Monasteriorum aedificia tanta,
inquam, numero necessario ampliarent, et quod non
aliter in eis locum commanendi haberent. In his namq[ue]
Monasteriis nec ipsa exteriora officia per seculares, sed
per religiosos fratres administrantur, et quanto nobi-
liores erant in saeculo, tanto se contemptibilioribus
officiis occupari desiderant, ut qui quondam erant Comi-
tes vel Marchiones in saeculo nunc in coquina vel in
pistrino fratribus servire, vel porcos eorum in campo
pascere pro sumis deliciis computent, ibi nempe et por-
carij et bubulci prater habitum idem sunt, quod monachi;
tanto autem ardore omnes pariter fervent, ut quilibet
eorum, non tam suum quam aliorum desideret proficuum
et in exhibenda hospitalitate tam mirabiliter insudant,
ac si se perdidisse existiment, quidquid pauperibus Christi
vel hospitibus non erogaverint. Horum fortassis ali-
quos ex nomine nosse velles, mi lector, non te ista
voluntate defraudabo: duos tunc invenies cuculla te-
ctos egregios Wirtenberga Comites, Hirsaugia Brunonem,
qui postea an. 1105. Abbas fuit, ac D. Blasij Albertum:
reperies praterea Hirsaugia ipsum novum fundato-
rem Adalbertum Calvensem: vidies Luitholphum A-
chalmensem, Udalricum Brigantinum, Bertholdum
Hohenbergicum, in suo quemq[ue], quod condiderat, Claustro
reclusum, Cenotio videlicet Achalmensi, Brigantino,
Gottsaugiensi: En aliquos. Si recensere deberem om-
nes, plus tibi mihi, tibi plus fortassis patientia opus
foret.

Si hac in Germania monasteriis, quid Cluniaci, unde
omnis hic fervor illuc derivatus est? hoc enim testatur
Scriptor vita S. Udalrici Confessoris, Ordinis Cluniacensis
primus, inquit, hic beatus petente Guilielmo Hirsauigi-
ensi abbate Germaniarum canobis Cluniacensis Ecle-
sia mores atque instituta invexit.

Memorat Henricus Spondanus in Epitome Annal. Ecl.
ad an. 1079. Gregorium Papam IV. g. Jan. ad Hugonem
Cluniac. abbatem literas dedisse, quibus multum questus
est, quod calamitoso illo tempore, quo difficile est bonis
reperire Principem, recepisset in monachum insignem
quendam Ducem valdeque probum, quem ad plurimorum sa-
lutem praeferisset in saeculo commorari. Hinc videas,
et cum Hermanno, et post ipsum, alios viros Principes ear-
dem Sanctitatis publicam, ut jam alias appellavi, scholam
cum ad omnem virtutem erudiri vellent, adamasse, ac
S. Hugoni se in disciplinam tradidisse.

De conjugē Hermannii Marchionis, antequam hoc caput
concludam, aliqua dicenda restant: protulit huic Deus
vitam usque, dum Hermannum filium optimis moribus ac
disciplinis imbutum ad eam aetatem perduxisset, qua
regimini capessendo maturus foret. Cui postquam
sacerdos tradidit, ipsa ut suum quondam pietissimum Con-
jugem aliquatenus imitaretur, patriam Germaniam
deseruit, et cum Italia commutavit, eo fine, ut Vicarius
Christi, supremo animarum pastori, propius adesset,
et singulari sanctae obedientiae voto sese illi obstrin-
geret, omnem reliquam vitam ex ejus nutu moderata-
tura. Hac ita describit Bertholdus Const. ad an. 1091.

Juditha pia memoria Marchionissa, nobilis genere,
 sed nobilior Sanctitate, uxor quondam Hermannii re-
 ligiosissimi Marchionis, migravit ad Dominum V. Cal.
 Oct. Ipsa enim cum marito suo religiose vixit, post ejus
 obitum 39. annis in viduitate et Sancta conversatione
 permansit. Demum ad Dñm Capam Salernum pervenit
 ibiq; sub ejus obedientia decessit.

De Obedientia ista promiserat idem auctor: His tem-
 poribus in regno Teutonicorum communis vita in mul-
 tis locis floruit, non solum in Clericis et monachis
 religiosissime comorantibus, verum etiam in Laicis,
 se suaq; ad eandem communem vitam devotissime of-
 ferentibus. Qui etsi habitu nec monachi nec Cle-
 rici viderentur, nequaquam tamen eis dispares meri-
 tis fuisse creduntur; se enim servos eorum pro Dño
 fecerunt; imitantes eum, qui non venit ministrari
 sed ministrare. Non solum autem virorum et
 seminarum innumerabilis multitudo his tempo-
 ribus se ad hujusmodi vitam contulerunt, ut sub
 obedientia Clericorum sive Monachorum communiter
 viverent, sed etiam ipsa conjugata nihilominus
 religiose vivere, et religiosius cum summa devotione
 non cessarunt obedire. Hujusmodi autem studium
 in Alemannia potissimum usquequaq; decenter
 effloruit, in qua provincia etiam multa villa ex
 integro se religioni tradiderunt, seq; invicem San-
 ctitate morum praevenire incessabiliter studuerunt.
 Sic utique Deus sanctam suam Ecclesiam in periculo-
 sissimo tempore mirabiliter consolari dignatus est,

98. ut de multorum conversione gauderet, quae de excom-
municatorum aversione jam diu non cessavit dolere.

Idem Chronographus ad an. seq. 1092. de Aldephonso
Hispania rege memorat, quod fuerit Cluniacensis Ab-
batis obedientiarivus, qui etiam jam dudum, inquit,
se ibi monachum fecisset, si Dominus abbas ad tempus eum
sub saeculari habitu retinere non satius judicaret; Nam
Saracenos per haec tempora multis praesulis vicit, egre-
gieque rem christianam tulatus est. Hactenus Bertholdus

Ceterum autem ipsiusmet summi Pontificis Urbani II. qui
Salerni tunc residebat, Obedientia sese devoverit ac
mancipare voluerit Marchionissa Judintha causa spe-
potest, quod ille ex Cluniacensi Monasterio in Cardina-
lem, Episcopumque Offiensem s. Otto tunc vocabatur, / ab-
inde in summum Pontificem assumptus, olim Cluniaci-
dum adhuc monachus esset, B. Hermannii Marchionis
et ex Marchione Opilionis virtutum eximiarum
spectator, deinde Cardinalis et Sedis Apostolicae per Ger-
maniam Legatus Bertholdo Duci s. qui inter fideles
S. Petri primum semper tenuit locum: / amicissimus et
mutua benevolentia studio conjunctissimus fuerit;
quodque Gebhardum fratrem Bertholdi et Hermannii
sua ipse manu Episcopum consecravit. Quo tempore
dubitandum non est, Judintham quoque piis ac fami-
liaribus ejus colloquiis fruitam, de mariti extremis
vita annis seiscitatum, sua quoque eximia pietatis
suae specimen dedisse, ut postea summo licet in fastigio
positus venientem ad se et Obedientia voto se illi

devotissime obstringentem paterno amplexu digna- 99.
tus sit, eius ceu divina voluntatis certus interpret
; nam hoc est, quod per obedientia votum quaritur:
vivendi regulas quoddam, quarum observatione vi-
ditatem suam DEO pretiosam redderet, prescripsit,
in quo devotissimo divini Numinis famulatu illa
vita cursum feliciter finivit, ut vere gloriari coram
supremo isto Domino possint Marchiones Badenses ac
dicere: Ecce nos filij ancilla tua. Sane devotione,
si ita loqui permittor, singularissimam erga sanctam
apostolicam Sedem et Christi in terris Vicarium
Juditha mater filio Thermano Badensi unacum
lacte materno sic instillavit, et hic generoso san-
guine imixtam sic in posteros transfudit, ut Ju-
ditha frater Adelbertus Calvensis haud multo
post anno nimirum 1093. uxore orbatus reliquum
vite suae sexennium in Hirsaugiensi catu monachum
indutus exegit.

De his Bertholdus Chronogr. ad an. 1093. Hoc
tempore Uxor egregij Comitiss nomine Heliga, ma-
gna Ducis Godefridi filia, satis laudabiliter cum
viro suo in saeculo conversata, diem clausit extremum
et apud Hirsaugiense Monasterium, quod ipsa potissi-
mum instituit, et amavit, satis honorifice sepe-
lita; et ad an. 1099. Adelbertus pia recordationis
in fidelitate S. Petri contra Schismaticos jam ex
antiquo studiosissimus, et demum ex Comite Mona-
chus factus feliciter diem clausit extremum X. Cal.
octob. et in Monasterio, quod ipse de propriis con-

struxit, in quo monasticum habitum suscepit, honorifice sepelitur, scilicet Hirsaugio presidente Domino Gebhardo Abbate.

Idem Author de juniore Adelberto, qui dubio procul frater Judinthe fuit, ad an. 1094. Adelbertus comes de Calva, juvenis bona indolis, obiit 3. Non. Decemb. peste fortassis, quam dicit eo anno Teutonia, et maxime Bavariam, Franciam, Burgundiam, Italiamque pervasisse ac populatam esse.

Quod paulo ante dicebatur, Adelbertus comes Hirsaugiense Cenobium de propriis construxisse, sic intellige, quod fundatum olim a Majoribus suis ante annos 227. Erlefrido nimirum anno 830. postea ejectis monachis desolatum, per 60 annos sexaginta tres incultum, monitu S. Leonis IX. papa, consanguinei sui, et Viltrudis conjugis apud duo hortatu restituerit circa an. 1060. Fundum et pradia, unde monachi denuo alerentur, de suo dederit, ut verum nihilominus maneat, Berchtoldum Ducem, Richwaram et Judintham etiam fundatorum instar fuisse, quoad impensas in Ecclesia aliorumque aedificiorum structuram et ornatum liberalissime suppeditatas. Liqueat hoc ex Strikemo et Annalibus Eremiti Deipara, ex quo monasterio monachi tunc petiti et impetrati.